

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Studium ag  
cum uariis

Non refert quam multa sciat luctator, si scit, quantum uictorie satis est. Sic in studio multa delectant, pauca uincunt; licet nescias que racio occeanum effundat et reuocet, quid sit quod geminorum conceptum separat, partum tamen iungat, utrum unus concubitus spargatur in duos an tociens concepisset, cur pariter natis fata diuersa sint, non multum tibi nocebit transisse que nec licet scire nec prodest. Quicquid enim nos meliores beatosque facturum est, aut in aperto aut in proximo posuit.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Studium ag] Studium af P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; scit] sciat B, sit V<sup>1</sup>; sic] si P V<sup>1</sup>; delectant] delecta P V<sup>1</sup>; separat] separaret V<sup>1</sup>; iungat] unus add. (*del. sub lin.*) C; concepisset] concubuerit V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fata] facta P V<sup>1</sup>; diuersa sint *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; multum *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; facturum] faciturum (*cor. sub lin.*) B; Seneca *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>